

ANIMADVERSIONES QUASDAM

DE

NOMINE 

CONS. AMPL. FAC. PHILOS. IN REG. ACAD. ABOËNSI,

PRÆSIDE

MAG. *GUSTAVO GADOLIN,*

LINGG. ORIENT. ET GR. PROF. REG. ET ORD.

PRO GRADU

Publico examini subjicit

PETRUS EKENVALL,

NERICIUS.

In Auditorio Majori die XXVI Maji MDCCCLII.

Horis p. m. confuetis.

ABOÆ,

In Officina FRENCKELLIANA



In solvendis variis ad veterum Hebraeorum scribendi artis historiam pertinentibus quæstionibus (e quibus valde pendent aliae saepius agitatæ *a*) de librorum Vet. T. auctoribus, antiqua forma, &c.) maximi omnino momenti est accuratius exposuisse vim & notionem vocabulorum, sacræ genti usitatorum, quæcunque ad scriptioem quodammodo spectent; technica dicere possis. Quorum e numero quum sit substantivum נָשָׁה, hujus originem & multiplicem usum, qua fieri pro arctioribus disertatiunculæ limitibus & virium modulo queat diligentia, jamjam explicare decrevimus, mitem censuram operæ, materiae gravi illustrandæ impensæ, sperantes.

A

§. I.

a) Cfr. v. c. nuperius disputata in OTMARI (pseudonymi) *Fragmente über die allmähliche Bildung der den Israeliten Heiligen Schriften, besonders der sogenannten Historischen* (typis edi curavit HENKE in *Magazin für Religions-philosophie, Exegese, und Kirchengeschichte*, II B. III St., IV B. I & II St.); ECKERMAN *Theolog. Beytr. V B. I St.*; OTMAR *Nachtrag zu den Fragmenten* (in HENKE *N. Magazin* I B. II St.).

§. I.

Familia verborum, in linguæ Orientalis dialectis
 e radice פְּרַט oriundorum, plurimas complectitur &
 se invicem diversas notiones; quarum omnium omni-
 no prima, reliquarum communis quasi mater, an su-
 perfit, minime quidem indubium est. Sed possunt
 permultæ earum ad unam aliquam veluti stirpem an-
 tiquissimam adhuc superstitem referri, & serie, qua
 se se mutuo excipientes, ex prima illa natæ, aliæ a-
 lias progeniisse videntur, collocari; quo tamen in
 negotio gerendo ita nobis versandum esse, ut conje-
 cœtura, in omni scil. hoc disputationis genere adhiben-
 da, utendum nobis sit, vel per se liquet.

Antiquior igitur ut censeri solet vocis significatus,
 qui respondet rebus in sensus rudiorum etiam homi-
 num incidentibus, quam qui longius a vetustissima vi-
 tæ & morum simplicitate atque artium inopia distat,
 ita *scribendi* quoque notionem patet recentiorem esse
 habendam aliis, saltem plerisque, quæ τῷ Πρᾶτος com-
 petunt. Quare, ut in iis tantummodo maneamus,
 quæ tractanda nobis injungit instituti ratio, haud im-
 probabile videtur, primam τῷ Πρᾶτος significationem fu-
 isse *verrendi*, *scopis mundandi*, in Arabum حَرَفَ servata-
 tam; cum qua cognata est vis *radendi*, *tondendi*, *li-
 mandi*, *pilos*, *lignum*, &c. quam Arabes suo حَرَفَ, Sy-
 ri τῷ ιχνῳ, & Chaldaeī τῷ Πρᾶτος adjungunt. Hinc or-
 tæ:

tæ calvitie, nuditatis, foliorum defluvii, munditie, nitoris b), elegantie, pulcritudinis, &c. notiones, quas habet פְּשָׁע ; unde illustrandum Hebr. פְּשָׁע c). Peccare quoque significare פְּשָׁע videtur; saltem סְלֵמִים & scopus & peccatum denotat. A vorrendo, abradendo, peccando, natam putare fas est notionem separandi, segregandi, dividendi, feligendi, quam e veteri lingua retinuit Arabica dialectus. Inde speciali sensu Hebræis adhibitum vocabulum de *delectu* ad militiam vel ministeria publica sive sacra, sive profana d); quod ortum dedit generaliori verbi nostri notioni, in Hebræa in primis lingua frequentissimæ, *recensendi*, enumerandi, enarrandi, in *catalogum inferendi*: quæ tandem genuit scribendi illam, in plurimis dialectis ob viam.

§. II.

His igitur præmonitis, non abludit a vero סְפַר to primum denotasse *recensionem* s. *catalogum aliquem*

A 2 mili-

b) Unde de *illucescente aurora*, *oriente sole*, & iis quæ matutino tempore instituuntur, v. c. *professionibus ad iter* &c., de *splendente igne*, de *pugnæ ardore* (ignis flammæ & splendori simili), &c. suum פְּשָׁע usurpant Arabes.

c) Hebræorum וְ cum Arab. وَ plerumque comparari debere, vel parum in his literis versato constat.

d) Vid. MICHAELIS *Supplm.* ad *Lex. Hebr.* N:o 1773, 1774.

militum, vel ad operas quasvis publicas delectorum; inde usitatum ad *indicem* quemlibet significandum; tum ad *scriptum* quodecunque; & demum ad indigitandas *literas s. literaturam* (quam dicere suevimus). E quibus notionibus eam, quam primo loco statuimus, eattenus quidem conjectura niti non est diffitendum, quatenus nomen סָפֵר, ubicunque id catalogi vim complectitur, haud inepte *catalogus* generatim potest verti. Sed dubio carere videtur, verbum סָפֵר poni de *delectione, numeratione, conscriptione*, ad militiam, *II Sam. XXIV: 10, I Chron. XXI: 2 e*), ad servitia, *II Chron. II: 1, 19*, ad sacra negotia, *I Chron. XXIII: 3*; unde סְוִפֵר, nomen muneris, quo instructorum erat exercitum aut ministros quosvis publicos *legere, recensere, in catalogum referre*, cfr. *Jud. V: 14, II Reg. XXV: 19, I Chron. XXIV: 6, II Chron. XXVI: 11 f*), al.

Certior esse videtur generalis *indicis s. catalogi* notio, quam τῷ γράμματι τribuimus, grammaticis etiam plurimis acceptam. Quem tamen vocabuli nostri usum ut quibusdam exemplis comprobemus, τῷ γράμματι Χαίμ, *Ps. LXIX: 29*, transferencem existimes *indicem viventium*, quem scil. scribere, & e quo scripto dele-

e) Vid. J. D. MICHAELIS *Commentat. de censibus Hebreorum*, §. III.

f) Ubi סְוִפֵר distinguitur a טַבּוֹשׁ, cuius erat tabulas ciuum genealogicas perficere & servare.

delere morientium vel morti destinatorum nomina
Deus poëtice singitur g); כְּפֶר תּוֹלִזּוֹת אֲרָם, *Genes.*
V: 1, esse videtur *recensio generationum Adami s. genealogicus posteriorum ejus index*; &c.

§. III.

Notissima est & saepissime obvia τον σέπρ vis,
tertio loco a nobis memorata. Sed in primis in ea-
dem accuratius explicanda oriuntur quæstiones, u-
trum nomen σέπρ denotet solummodo quæ in cute
bovina, byslo, linteo, papyro, aut alia re facilius
tractanda & asportanda (*portatilem scribendi materiem*
dicunt) sint scripta, an etiam lapidibus & faxis inci-
fa? Utrum scriptionem alphabeticam aut syllabicam,
an forte hieroglyphicam etiam s. picturam quamvis
allegoricam? Ad quas nonnullorum dubitationes fol-
vendas, cum vocis etymologiam nihil eo conferre ex
superioribus pateat, restat, ut videamus, an ex ipsis
locis, in quibus vocabulum nostrum obveniat, ali-
quid adminiculi possit peti.

Monendum igitur primo, το σέπρ nunquam usur-
pari de monumentis (in petra vel falso), e loco non
movendis, sed aliquid minori negotio tollendum &
avehendum semper significare. Unde in manus su-

g) Cfr. *Exod. XXXII: 32, 33.*

mi, mitti, adserri, porrigi, &c. saepissime in codice S. traduntur, quae רפּוֹ nomine veniunt. Cfr. v. gr. *Deuteronom. XXIV: 1, 3*, ubi סְפַר כָּרִיתָה (libellum repudii) tradere jubetur maritus uxori, quam dimittere vult; *II Sam. XI: 14 sqq.*, ubi Davides narratur רפּוֹ (epistola dicas) scripsisse & misisse; *I Reg. XXI: 8, 9*, ubi מֵפְרִים (literas) dicitur Isebel de morte Nabotho struenda magistratui urbis dedisse; &c.

Sunt etiam nonnulla, saltem in recentioribus Hebræorum sacris libris, loca, in quibus רפּוֹ manifeste denotat scriptum in materie, faxo, ære, plumbo, ligno, leviore & tenuiore, ac in formam voluminis haud ægre redigenda. Sic ex. gr. *libri voluminis* (סְלָתָה סְפַר) mentio fit *Psal. XL: 8*, *Jerem. XXXVI: 2, 4*, *Ezech. II: 9*; & cœlum, orta tempestate in nubes contractum, *convolvi* dicitur veluti רפּוֹ, *Jes. XXXIV: 4*. Unde forsan aliquis, neque omnino, ut videtur, temere, putabit in antiquioribus quoque, v. c. pentateucho, vocabulo רפּוֹ intelligi debere *volumen* seu *scriptum* in *bysfo*, *linteo*, &c. Quod egregie confirmat h) eorum sententia, qui *Job. XXXI: 36* verba לְעַנְדָנוּ עֲטוֹרוֹת ad סְפַר illum v. 35. memo-

b) Si modo Jobi liber Mosaicis scriptis antiquior, aut certe non recentior, habendus est.

moratum eadem referentes, libello veluti corona caput cingam vertenda existimant i).

§. IV.

Verum tamen quoniam sunt, quibus placeat τῷ סְפִּירַה lapidi etiam incisa significari, & inde suspicioni locus superesse visus sit, aliam scribendi rationem Hebræis antiquioribus, Mosi v. c., notam non fuisse, quam quæ lapidibus insculpendo absolveretur, his ipsorum assertis quid insit veri & certi, necesse est jam breviter consideremus.

Librum igitur *fæderis* (ספר הברית), quem in manus sumfisse, & eoram populo legisfe, Israëliticæ gentis legislator Exod. XXIV: 7 prohibetur, esse tabulas lapideas, quas scriptas a Deo accepisse idem traditur, decalogum continentes, opinatur OTMAR k); probabili ratione, ex nostro sane judicio, destitutus. Nam demum post ספר הברית recitatum Deus v. 12 narratur promisisse sicut Mosis daturum laudatas לִיחוֹת; quæ

z) Potius tamen, saltem æque commode, τῷ אַעֲנָרֶן respiciere dices ad τῷ הַיִלְלָה (patrocinii illud & tutelæ signum) νῷ 35, ac ad τῷ Πό.

k) HENKE Magaz. II B. pag. 440.

quæ igitur cum foederis illo libro ^{l)} eadem vix esse posunt. Atque quod Moses tabulis lapideis in æternam rei memoriam incidi curavit præcipuas civitatis suæ leges, quodque expresse nullibi memoravit (iis scilicet diligenter recensendis nullibi opus habens) quædam e portatilium genere instrumenta scribendi, nonnisi valde incerto est argumento, eum eadem penitus ignorasse.

Memoratas tabulas easdem esse cum *libro legis* (תּוֹרַה כְּפָר) *Deuteronomio XXXI: 26*, quem in area foederis depositum existimat, eo confidentior Pseudonymus *loco citato* affirmat, quo certius nihil præter eas in sacra illa cista Salomonis ætate fuisse *x Reg. VIII: 9* legitur. Sed solas eas *in arca* (בְּאָרוֹן) condidit Moses, vid. *Deut. X: 5*; unde nonnisi illas quædam post secula ibi inveniri potuisse, haud mirum. *Legis vero liber*, de quo quæstio est, non in arca, sed *ad latus arcæ* (אֶל־אַרְכָּה, *Deut. XXXI: 26*), facilius igitur adeundus & consulendus, aservabatur.

Pariter cum locum *Jos. XXIV: 26*, ita explicandum idem ^{m)} contendit, ut Josua vere non libro,
vel

l) Qui complexus videtur *verba Dei* capp. XX - XXIII, a Mose scripta cap. XXIV: 4.

m) *I. e. pagg. 464, 465.*

vel volumini, sed lapidi a se erecto (*Ibid.*), quæ tum acta erant inscriptissæ, aut tantummodo in rei monumentum lapidem crexisse, censendus sit, maximam fane vim sacri Scriptoris verbis inferre videtur. Nam expresse dicitur Joshua utrumque fecisse, scil. & facti narratione divinæ legis librum auxisse, & ιαλων illam solenniter posuisse *n*); quæ diverse actiones secum invicem ita confundi, ut earum altera ulterius loco commemoraretur, vix potuerunt.

§. V.

Quæ quamvis ita sint, si quis tamen scriptas etiam tabulas (*πινάκας*), e ligno, plumbo, &c., & quicquid aliud canæ vetustati pro codicillo, epistola, libro, inservierit, Hebræos nomine סְפָר insignisse existimare velit, ei valde non adversabimur; utpote cuius conjecturam usus codicis, caducei, &c. quam voluminis antiquior, haud parum confirmare videtur. Quare v. gr. improbabile non omnino est, סְפָר illum, quem Davides de parando Uriæ interitu Joabo misit (*II Sam. XI: 14*), fuisse quandam πυκτον πινάκα, ei similem, quem Proeti jussu Bellerophontes Lyciae regi tradidit (*Hom. Il. VI: 168 sqq.*); neque repugnat Isebelis epistolam (*I Reg. XXI: 8 sqq.*) fuisse aliquem

B

πινάκ-

וַיַּחֲבֵב בְּסֶפֶר תּוֹرַת אֱלֹהִים וַיִּקְחֵח אֶבֶן גְּרוֹלָה וַיִּקְרֹטֵן (ב)

πινακας, signo regiae auctoritatis quodam munitum; quod idem & de literis Syriæ regis Joramo (*II Reg. V: 5*) & Babylonii regis Hiskiæ (*Jes. XXXIX: 1*) datis valet. Sed in his omnibus certi quid statui, ob faerorum scriptorum partim silentium, partim in rebus exponendis brevitatem, ægre posse, neminem fugit.

§. VI.

Supereft quæftio, an το γρ̄αп indigit certum quoddam scripturæ genus? Quæ quidem ita forsan est solvenda, ut vocabulum nostrum varie pro varia cuiusque ætatis scribendi arte & usu acceptum dicatur. Unde quo tempore scriptores (siquidem ita sunt appellandi) verborum fonos nondum figuris exprimebant, sed rerum ipsarum pictas quasdam imagines proponebant oculis spectandas, scripta quoque hujus indolis nomine γρ̄αп venisse supponere fas est. Translatum idem dein, inventis literis, ad alphabetica vel syllabica scripta significanda. Quamobrem eum aliæ nullæ præsto sint rationes, quibus ducti literas Mosi notas suisē negemus, nihil sane obstat, quominus existimemus, eum e. l. vere *legis verba in libro*

בְּחָבֵב אֶחָד בְּרוּי הַתּוֹרָה עַל סִפְר (Deuter. XXXI: 24: & regi olim forte futuro injunxisse, ut ad manus semper haberet volumen, quo contineretur exemplum e suo ipsius autographo (literis exarato) descriptum (Deut. XVII: 18, 19: וְנִתְבַּחֲרָתְךָ לְמִשְׁנָה הַתּוֹרָה הַזֹּאת עַל סִפְר יְהֹוָה אֱלֹהֵינוּ); &c.

Attamen quoniam scribendi ars & peritia multis ob causas diu admodum rara mansit, haud mirum, magnam hominum partem longe etiam post inventum literarum usum earum loco symbolica signa & rerum quasdam imagines, ceræ, ligno, &c. impressisse, insculpsisse, illevisse. Quod idem in Hebreæ quoque gente obtinuisse non est veri dissimile; unde putes v. c. illum נָבָע, quem Davides Uriæ dedit Joabo tradendum, fuisse non literis, sed æque aπιναντα Bellerophonteum, σημασι τυγχαιος θυμοφθοροις πολλοις instructum; pariterque laudatum eum Isebelis סִפְר fuisse refertum figuris, necem & interitum significantibus; &c.

§. VII.

Ea vocabulū nostri vis, cuius ultimo meminimus, in antiquissimis S. Codicis libris non deprehenditur. Sed

Sed *Jes. XXIX: 11, 12, 10 pro nosse literas, & Dan. I: 17, 10 pro cognitione omnis literarum generis,* ponitur. Quod vel nominasse nobis pro nostro jam instituto sufficiet, ceteroquin etiam dissertatiunculae finein imposituris.

